

MEDITATIONES  
PROPHE TICÆ,

Ex classico hujus temporis  
capite Deut. XXIIII,

*Ad excitandam pœnitentiam proposito,*

Horis subcisivis,

*mente concepta,  
chartâ excepta,  
in lucem edita,*

à

M. IOHANNNE ANDREÆ

VValdheimensi Hermunduro, Ecclesiæ ad  
Radices Montis Vulturini  
Pastore.

*Beda:*

Quid tabulis fiet, quando tremunt columnæ?

*Anno ære Christianæ*

M. DC. XXVIII.

LIPSIAE,

Excudebat GREGORIUS Ritsch.

oll. diss. A  
42, 6

54. St. 142 (6)

Sächs.  
Landes-  
Bibl.



*Admodum Reverendo, Clarissimo, doctrinâ & ex-  
perientiâ Theologicâ Præstantissimo VIRO,*

**Dn. HEINRICO HÖPFNERO,**  
SS. Theologiæ Doctori & Professori Li-  
psiaë celeberrimo, Alumnorum Electoralium  
Ephoro primario, & Episcopatus Mis-  
nensis Canonico dignissimo,

*Domino, Mecænati ac in Christo Fratri  
atatem colendo.*

S. P. P.



*Uicquid, Reverende & Excel-  
lentissime Domine Doctore, Do-  
mine, Amice & in Christo Fra-  
ter pl. honorande, vivitur hoc in  
seculo, spe vivitur. Videmus  
enim omnia in pejus ruere, & re-  
trò labi. Imò nescimus quid serus vesper vebat.*

*Tot certè magnorum virorum ac Ecclesia lu-  
minum repentinus occasus, tanquam portentia con-  
spiciuntur. Tot gemitus ac suspiria piorum, quibus  
animi atteruntur & franguntur, audiuntur, ut ferè  
nihil consilii supersit. Principatum gerit B. Lutheri  
schola Fidei in 1. Cor. 15. v. 55. Absorpta est mors in*

A 2

victo-

## EPISTOLA

victoriam. Si Mors : Ergò peccatum. Si Mors : E.  
 omnes morbi. Si mors : E. omnis miseria. Si Mors :  
 E. omnes Diaboli vires. Si Mors : E. omnes Mundi  
 furia. Sed ista nondum, imò contraria apparent :  
 Igitur Fide opus est & Spe. Fidem enim sequitur  
 aperta rerum facies suo tempore : ubi invisibilia  
 nunc fient visibilia tunc. Nec non benè monuit olim  
 Seneca, Genialis ille luminis imperator : Omne hac  
 vitâ procedit officium. Sic serimus, sic navigamus,  
 sic militamus, sic uxores ducimus, sic liberos tolli-  
 mus. Quùm omnium incertus sit eventus, ad ea ac-  
 cedimus, de quibus benè sperandum esse credimus.  
 Quis enim pollicetur serenti fructum, naviganti  
 portum, militanti victoriam, marito pudicam uxo-  
 rem, patri pios liberos ? Sequimur, quia ratio ( id  
 est, veri similitudo) trahit, non quia veritas. Hec  
 Ethnicus. Quidni Christianus ? qui se suaq; omnia  
 providentia DEI submittit. Maximè quando hoc  
 seculo  $\text{\textcircled{D}}\text{\textcircled{O}}\text{\textcircled{G}}\text{\textcircled{O}}\text{\textcircled{P}}\text{\textcircled{O}}\text{\textcircled{I}}\text{\textcircled{C}}\text{\textcircled{O}}$  tot Martia monstra, tanquã Cad-  
 meos fratres, dubio prorsus eventu pugnare videt ?  
 Religionem nostram Christianam verbi  $\text{\textcircled{G}}\text{\textcircled{E}}\text{\textcircled{O}}\text{\textcircled{R}}\text{\textcircled{V}}\text{\textcircled{E}}\text{\textcircled{U}}\text{\textcircled{S}}$   
 fundamento nixam, quis non periclitari fatetur ?  
 Certè si respicimus externa conservationis media,  
 vires ejus adeò sunt accise, ut sola Spe fulciatur. In  
 nostris montibus Metalla evanescent omnia. Sola  
 spes superest. Alibi Mars omnia vastat : De Pace  
 sola

## DEDICATORIA.

*sola spes relicta est. Ira enim DEI instar ignis exarsit, ut ferè nemo propter seculi luem se opponere audeat. Fides exulat: caritas expirat: vi geruntur omnia. Quid Omnipotentia Pontificia vi ac fraude hactenus obtinuerit, proh dolor cernimus!*

*Exul ego Exilium Spe vici: Spes mihi Celum:*

*In Celo tandem Spes mea Christus erit.*

*Rectè faciunt meo iudicio ii, qui de seipsis desperantes, Spe conceptà in solo DEO recumbunt, & totos se divinis meditationibus consecrant, cumq; B. Augustino, quemlibet sibi diem ultimum ducunt.*

*Meditationibus ejusmodi Psalmicis R. D. T. innixam novi. Quare meas quoq; has in Deut. 28. caput ipsi gratas fore putavi. Intellexi autem ex cujusdam Amici literis, eas à R. D. T. dignas esse aestimatas publicè per prelum lucis usurà.*

*Mibi quidem nullam quero gloriam, qui jam dudum de me desperavi, omnia DEO & Patronis tribuens. Inter quos Te, Vir Reverende & Clarissime, unicum elegi, cujus nomini hunc foetum immaturum nuncuparem, idq; propter geminam causam.*

*Una est, nostra in Academia olim amicitia, quæ cum virtute crevit, cum devotà pietate radices egit, & cum exercitiis tum Philosophicis, tum Theologicis sub unà Serenissimi Electoris Saxonie*

EPISTOLA DEDICATORIA.

εὐεργεσία fructus tulit. Est sanè amicitia Academi-  
ca omnibus aliis præferenda, ob constantiam, quam  
tantùm abest, ut absentia & vetustas minuant, ut  
etiam perpetuâ recollectione illam confirment.

Alterâ est singularis εὐνοια καὶ συμπάθεια decla-  
rata mihi in Exilio, quando ante aliquot annos me  
Lipsiæ versantem, non colloquio tantùm, sed etiam  
mensâ exceptum, mirificâ ex fontibus salutis con-  
solatione erexit, nec non adhuc curam eò intendit,  
ut meliùs mihi prospiciatur. Hinc mihi firma Spes  
est, chartaceum hoc μνημόσυον, quod tantùm erudi-  
torum est, liberali fronte susceptum iri. Melius  
enim in hac mea sorte non habeo. Si non satisfaci  
omnibus: fecisse tamen me spero tantum, quantum  
pietas requirit & amicitia nostra postulat, memor  
illius:

In rebus magnis & voluisse fat est.

Orabo interim DEUM, ut R. D. T. suæ Ecclesiæ, &  
mihi meisq; quàm diutissimè salvam & incolumem  
præstet, commendans me ipsius patrociniò. Dab.  
ad radices Montis Vulturini, prid. S. Michaëlis 28.  
Sept. Anno salutiferi partus M. DC. XXVII.

R. D. T.

ὀλοκαρδίως addictus

M. Johann: Andreæ Waldh.

Pastor ibid.

ACCLA-



ACCLAMATIONUM TERNIO

Ad

Reverendum, Præstantissimum & præclaræ  
eruditionis VIRUM,

Dominum Autorem Meditatio-  
num harum Mosaicarum,

Honoris & amoris ergò conscriptus.



Uas vitio pœnas, dominæ quæ præmia legi  
Proposuit Cœli Rector, hic Autor habet.  
Perlege sacratum Christi pia turba libellum,  
Accensasq; DEI disce timere minas.

à

M. Christophoro Bulæo.

**N**

suum tempus cum nactus, Opellas  
à varias dexteritate paras.  
Hactenus in Davidicos Meletemata Psalmos  
Vulgasti, extremumq; in Daniele caput.  
Nunc ex Amramida vatis conscripta Tabellâ  
Chalcographis hominum spargis in ora typis.  
Vivit in his Methodus, Rerum brevitatis nervosa,  
Quo laudis Doctum nomine puncta meres.  
Tantum Concilia, Imperii & Comitum mecum  
Publicitùs pateant plebs studiosa cupit.

Hisce

*Hisce satisfiat votis age: premia si non  
Dant homines, dabit haec coelica in arce DEUS.  
Zoilus invideat! Quid tum? modò ritè fruisçi  
Interea Gazis nos sinat usq; tuis.*

à

M. Andrea Angero  
Al. Elect.

---

**E**N pia posteritas dignos persolvat honores,  
Nullaq; Te memori demet ab orbe dies,  
Quin victura suis intextet nomina chartis  
Eusebie, ô Charisin Vir Reverende sacris.  
Qui sic? divinum meditaris perpete Numen,  
Curâ, enodando scripta sacrata DEI.  
Perge bonis avibus sacrare perennia seculo  
Pignora, flos Phœbi, Theologiaq; decus.

*affini suo*

*BAL*

*Phil. Bacc.*

CAPUT





## CAPUT XXIIIX.

*Secundum Hebraicam versionem ad verbum ex Bibl. Ben. Aria Mont.*

**E**T erit, si obediendo obedieris in voce Domini DEI tui ad custodiendum faci-  
ciendo omnia præcepta ejus, quæ ego præcipio tibi hodiè, & dabit te Dominus DEUS tuus excelsum super omnes gentes terræ, v. 1.

Et venient super te omnes benedictiones istæ, & apprehendent te, quùm obedieris in voce Domini DEI tui. v. 2.

Benedictus tu in civitate, & benedictus tu in agro. v. 3.

Benedictus fructus ventris tui, & fructus humi tuæ, & fructus animalis tui, emissio bonum tuorum, & greges pecoris tui. v. 4.

Benedictum canistrum tuum, & massarium tuum. v. 5.

Benedictus tu in intrando te, & benedictus tu in egrediendo te. v. 6.

Dabit Dominus inimicos tuos surgentes super te percussos, ad facies tuas: in viâ unâ egredientur ad te, & in septem viis fugient ad facies tuas. v. 7.

B

Præ-

v. 8.

Præcipiet Dominus tecum benedictionem in horreis tuis, & in omni missione manus tuæ; & benedicet tibi in terrâ, quam Dominus DEUS tuus dans tibi.

v. 9.

Statuet te Dominus sibi in populum sanctum, quemadmodum juravit tibi, cum custodieris præcepta Domini DEI tui, & ambulaveris in viis ejus.

v. 10.

Et videbunt omnes populi terræ, quòd nomen Domini invocatum est super te; & timebunt à te.

v. 11.

Et faciet reliquum te Dominus bono, in fructu ventris tui, & in fructu quadrupedis tui, & in fructu humi tuæ, super humum quam juravit Dominus patribus tuis ad dandum tibi.

v. 12.

Aperiet Dominus thesaurum suum bonum, cœlos, ad dandum pluviam terræ tuæ in tempore suo, & ad benedicendum omni operi manus tuæ: & mutuabis gentibus multis, & tu non accipies mutuum.

v. 13.

Et dabit te Dominus in caput, & non in caudam, & eris duntaxat in excelsum, & non eris in declive, cum obedieris ad præcepta Domini DEI tui, quæ ego præcipiens tibi hodiè, ad custodiendum, & ad faciendum:

Et

Et non recesseris ab omnibus verbis, quæ v. 14.  
ego præcipiens vobis hodiè dextera, & sinis-  
tra, eundo post DEOS alienos, ad servien-  
dum eis.

Et erit, si non obedieris in voce Domini v. 15.  
DEI tui, ad custodiendum & faciendū omnia  
præcepta ejus, & statuta ejus, quæ ego præci-  
piens tibi hodiè, & venient super te omnes ma-  
ledictiones istæ, & apprehendent te.

Maledictus tu in civitate, & maledictus v. 16.  
tu in agro. Maledictum canistrum tuum, & re-  
siduum tuum.

Maledictus fructus ventris tui, & fructus v. 17.  
humi tuæ; emissio boum tuorum, & greges  
pecoris tui.

Maledictus tu in ingrediendo te; & ma- v. 18.  
ledictus tu in egrediendo te.

Et mittet Dominus in te maledictionem, v. 19.  
conturbationem; & increpationem in omni v. 20.  
missione manus tuæ, quò facias usq; ad disper-  
di te, & usq; ad perire te velociter à faciebus  
malitiæ actionum tuarum, quibus dereliqui-  
sti me.

Adjunget Dominus in te pestilentiam usq; v. 21.  
ad consumere eum te de super humo, quam tu  
ingrediens illuc ad possidendum eam.

- v. 22. Percutiet te Dominus in phthisi & in ardore continuo, & inflammatione, & in ethica, & in siccitate, & in uredine, & in aurugine, & persequentur te, usq; ad perire te.
- v. 23. Et erunt cœli tui, qui supra caput tuum, æs, & terra, quæ subter te, ferrum.
- v. 24. Dabit Dominus pluviam terræ tuæ, minutam terram, & pulverem: è cœlis descendet super te, usq; ad disperdi te.
- v. 25. Dabit te Dominus cæsum ad facies inimicorum tuorum. In viam unam egredieris ad eum, & in septem vias fugies ad facies ejus: & eris in commotione omnibus regnis terræ.
- v. 26. Et erit cadaver tuum in escam omni volucri cœlorum, & animali terræ, & non exterrens.
- v. 27. Percutiet te Dominus in ulcere Ægypti, & in hæmorrhoidibus ani, & in scabie, & in prurigine, quâ non possis curari.
- v. 28. Percutiet te Dominus in amentia, & in cæcitate, & in stupore cordis.
- v. 29. Et eris palpans in duplici luce, quemadmodum palparet cæcus in caligine: & non secundabis vias tuas: & eris veruntamen oppressus & direptus omnibus diebus; & non servator.
- v. 30. Uxorem desponsabis, & vir alius reddet  
suc-

succubam eam. Domum ædificabis, & non habitabis in eâ. Vineam plantabis, & non prophanabis eam.

Bos tuus maectatus in oculis tuis, & non comedes ex eo: Asinus tuus raptus à faciebus tuis, & non restituetur tibi. Pecudes tuæ datae inimicis tuis, & non tibi servator. v. 31.

Filii tui, & filiaæ tuæ dati populo alteri, & oculi tui videntes, & deficientes ad eos omni die, & non ad DEUM manus tua. v. 32.

Fructum humi tuæ, & omnem laborem tuum comedet populus, quem non novisti; & eris tantum oppressus & quassatus omnibus diebus. v. 33.

Et eris vesanus à visione oculorum tuorum quam videbis. v. 34.

Percutiet te Dominus in ulcere malo super genua, & super coxas, quod non poteris curari, à volâ pedis tui & usq; ad verticem tuum. v. 35.

Ambulare faciet Dominus te, & regem tuum, quem statues super te, ad gentem, quam non nosti tu, & patres tui; & servies ibi Diis alienis, ligno, & lapidi. v. 36.

Et eris in desolationem, in parabolam, & in dicterium omnibus populis, quod ducet te Dominus illuc. v. 37.

- v. 38. Semen multum educes ad agrum, & parum colliges; quia consumet illud locusta.
- v. 39. Vineas plantabis, & coles, & vinum non bibes, neq; colliges, quia comedet illud vermis.
- v. 40. Olivæ erunt tibi in omni termino tuo, & oleo non unges te: quia evellatur oliva tua.
- v. 41. Filios & filias generabis; & non erunt tibi, quia ibunt in captivitatem.
- v. 42. Omne lignum tuum, & fructum humi tuæ, possidebit locusta.
- v. 43. Peregrinus qui in interiori tuo ascendet super te supernè supernè, & tu descendes infernè infernè.
- v. 44. Ipse mutuabit tibi, & tu non mutuabis ei: ipse erit in caput, & tu eris in caudam.
- v. 45. Et venient super te omnes maledictiones istæ, & persequentur te, & apprehendent te, usq; disperdi te: quia non obedivisti in voce Domini D E I tui, ad custodiendum præcepta ejus: & statuta ejus, quæ præcepit tibi.
- v. 46. Et erunt in te in signum & in portentum, & in femine tuo usq; in seculum.
- v. 47. Pro quòd non servivisti Domino D E O tuo in læticiâ, & in bonitate cordis, præ multitudine omnium.

Et

Et fervies inimicis tuis; quos mittet eum v. 48.  
 Dominus in te in fame, & in siti, & in nuditate,  
 & in defectu omnium. Et dabit jugum ferri su-  
 per collum tuum, usq; ad disperdere eum te.

Adferet Dominus super te gentem à lon- v. 49.  
 ginq; ab extremo terræ, quemadmodum  
 volaret aquila; gentem cujus non audies lin-  
 guam ejus.

Gentem fortem faciebus, quæ non eleva- v. 50.  
 bit facies ad fenem, & pueri non miserebitur.

Et comedet fructum animalis tui, & fru- v. 51.  
 ctum humi tuæ, usq; ad disperdi te: quæ non  
 relinquet tibi frumentum, mustum, & oleum  
 recens, emissionem boum tuorum, & greges  
 pecoris tui, usq; ad disperdere eum te.

Et erit angustia tibi in omnibus portis v. 52.  
 tuis, usq; cadere muros tuos excelfos, & mu-  
 nitos, quibus tu fidens in eis, in omni terrâ  
 tuâ: & erit angustia tibi in omnibus portis  
 tuis, in omni terrâ tuâ: quam dedit Dominus  
 DEUS tuus tibi.

Et comedes fructum uteri tui, carnem v. 53.  
 filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quos  
 dedit tibi Dominus DEUS tuus in obsidione,  
 & in coarctatione, quâ coarctabit te inimicus  
 tuus.

Vir

v. 54. Vir tener in te & deliciosus valdè, malignabit oculus ejus in fratrem suum, & in uxorem sinus sui, & in residuum filiorum suorum, quod remanserit.

v. 55. A dando uni ex eis de carne filiorum suorum, quos comedet: pro eo quod non remanet sibi omne in obsidionem, & in coarctatione, quâ coarctabit te inimicus tuus, in omnibus portis tuis.

v. 56. Teneræ in te, & deliciosæ, quæ non tentavit volam pedis sui statuere super terram præ deliciando & mollescendo, malignabit oculus ejus in virum sinus sui, & in filium suum, & in filiam suam.

v. 57. Et in particulam suam exeuntem inter pedes ejus, & in filios suos, quos pariet, quia comedet eos in defectu omnium in abscondito, in obsidione, & in coarctatione, quâ angustiabit te inimicus tuus in portis tuis.

v. 58. Si non custodieris ad faciendum omnia verba legis istius, scripta in libro isto, ad timendum nomen gloriosum, & terribilem istum Dominum DEUM tuum.

v. 59. Et mirificabit Dominus percussiones tuas, & percussiones feminis tui, percussiones magnas, & stabiles, & infirmitates malas, & stabiles. Et



Et faciet redire in te omnem ægritudinem v. 60.  
 Ægypti, quarum timuisti à faciebus earum; &  
 adhærebunt in te.

Etiam omnem infirmitatem, & omnem v. 61.  
 percussione[m], quæ non scripta in libro legis  
 hujus, ascendere faciet eas Dominus, super te,  
 donec disperdi te.

Et remanebitis in viris parum pro eo, v. 62.  
 quòd fuistis sicut stellæ cœlorum in multitu-  
 dinem: quia non audivisti in voce Domini  
 DEI tui.

Et erit, quemadmodum gavisus est Do- v. 63.  
 minus super vos benefaciendo vobis, & mul-  
 tiplicando vos, sic gaudebit Dominus super  
 vos, perdendo vos: & delendo vos: & de-  
 struemini de super humo, quam tu ingrediens  
 illud, ad possidendam eam.

Et dispergere faciet te Dominus in omnes v. 64.  
 populos, ab extremo terræ & usq; ad extre-  
 mum terræ; & coles ibi Deos alienos, quos  
 non nosti tu, & patres tui, lignum & lapidem.


Et in gentibus ipsis non requiesces, neq; v. 65.  
 erit requies volæ pedis tui. Et dabit Dominus  
 tibi ibi cor pavidum, & deficientiam oculo-  
 rum, & mæstitiam animi.

Et erunt vitæ tuæ suspensæ tibi è regio- v. 66.  
 C ne:

ne: & pavebis nocte & die, & non credes in vitâ tuâ.

v. 67. In matutino dices: Quis dabit vesperam? Et in vesperâ dices; Quis dabit manè? præ pavore cordis tui, quo pavebis, & præ viso oculorum tuorum, quod videbis.

v. 68. Et redire faciet te Dominus Ægyptum in navibus in viâ quam dixi tibi, non adjicies ultra videre eam, & venundabimini ibi inimicis tuis in servos, & in ancillas, & non acquirens.



σὺν θεῷ

## C A P U T

Deuteron. 28. sic disponitur:

*Continet.*

I. Benedictionem:

II. Maledictionem:

I. BENEDICTIO: *cujus est:*

I. Principium: *DEUS: cujus,*

I. Dominium: *quod:*

I. Universale: *super omnes creaturas:*

1. In celo:

2. In terrâ:

II. Particulare vel Speciale: *in Ecclesiâ.*

*Probatur:*

I. Titulo: *quo DEUS appellatur:*

I. Je-

I. Jehova.

2. Elohei.

II. Mandato: *quod continet totam Legem: nota vocem HODIE.*

II. Promissum: *quod habet:*

1. Exaltationem: *argumenta à comparatione imparium, respectu aliorum popularum terræ.*

2. Benedictionem: *que dicitur:*

1. Venire:

2. Ipsos apprehendere.

DOCTRINÆ

*Ex hac particula:*

I. De DEI Majestate: *ex*

I. Dominio, *tum:*

I. Universali, *Habet enim exercitum:*

1. Celestem:

2. Terrestrem:

3. Infernalem:

} *Unde Dominus Zebaoth. i.e. exercituum appellatur.*

II. Particulari, *quod habet in Credentes.*

II. Ex hominis Scrutinio: *Est:*

I. Jehovah: *quod nomen:*

1. Essentiale DEI. *Essentiæ divinæ unitatem & majestatem exhibens.*

2. Personale: *quando tribuitur:*

*vel DEO Patri, vel DEO Filio, vel DEO Sp. Sancto. vide Compendia Theologica.*

II. Elohei, *quod vel:*

1. Plurale positum: *Trinitatis mysterium indicat. Gen. 1. v. 1.*

2. Singulare: *Deitatis unitatem commendat, ut hoc loco, cum affixo relato:*

II. DEUM concedere Hominibus spacium ad poenitentiam; ex hac pramonitione DEI patet. DEUS enim est:

1. Longanimis: expectans conversionem populi sui:
2. Clemens: mittens Propbetas magno Spiritu predictos & miraculis claros, sicut misit Moſen & Aaronem, &c:
3. Justus: castigans mitioribus poenis, ut bello ac fame:
4. Iratus: effundens iram suam, & abducens populum in captivitatem.

Confer hodiernum Germania statum & re ipsa experieris. Metuendum enim ne tandem furoribus hominum opponat furorem suum Dominus. Huc pertinet D. Lactantii l. 7. c. 15. vaticinium:

Romanum, inquit, nomen, quo nunc regitur orbis, (horret animus dicere: sed dicam, quia futurum est) tollitur de terra: & Imperium in Asiam revertetur: ac rursus Oriens dominabitur, atq; Occidens serviet.

Observanda itaq; παρρησιαe nostri Salvatoris Luc. 21. v. 28. Quum autem haec fieri incipient, erigite & attollite capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

III. De Legis perfectione: qua requirit ab homine perfectam obedientiam, quam tamen prestare nemo potest, nisi solus Christus, semen benedictum, huic promissioni inclusum.

Et haec est prima particula Concionis Mosaica: de Benedictionis principio.

11. Medium: quod est:

- I. Corporale:
- II. Spirituale:

I. Cor-

I. Corporale: quod

I. Tempore Pacis:

II. Tempore Belli:

I. Tempore Pacis: nota:

I. Benedictionis formam: in qua:

1. Promissio: omnes venient super te Benedictiones:

2. Conditionem: si obedieris in voce Domini Dei tui. Secundum legem deficiente hac conditione, evanescit quoque promissio.

II. Benedictionis materiam:

I. Generalis: Venient super te omnes bæ benedictiones: ברכור ubi nota quod vocabulum ברכ, i.e. Benedixit Sexies repetatur, includens Christum semen benedictum, sine quo nulla est benedictio.

Gen. 12. v. 3. & c. 22. v. 18. Hinc ipse proponit nobis

Patris sui celestis bonitatē in N. T. Matth. 5. v. 44.

Diversimodè enim Deus benedicit:

1. Piis ad ostendendum suam gratiam:

2. Impiis: ad alliciendum ad pœnitentiam.

II. Specialis: Amplificat enim insigni distributione generis in species, ex subjectis & adjunctis occupantibus.

I. Subjecta sunt duo:

I. Urbs vel Civitas: Benedictus eris in civitate.

In Ebraeo ירו i. e. civitas, cognationem habet cum ירע i. e. excitatus: eò quod civitas tam adibus, quam hominibus est excitatior, quam pagus, per comparisonem imparium. Intelliguntur:

1. Καλ' ἄγχι: non solum præclara edificia: li-

cet & ea sint benedicta. Urbis enim non exiguum est decus, quando aedificia habet praecleara,

1. Templum :

2. Scholas :

3. Curiam :

4. Privatas aedes &c.

2. Κατὰ Ἱέρωι : per metonymiam Subjecti, homines in urbe : Et quidem

I. Magistratus : & quidem :

1. Ecclesiasticus : qui docet verbo.

2. Politicus : qui Legibus ac Statutis praest.

Ubi iterum Metonymia locum habere potest, si cogitas de consiliis tum :

1. Ecclesiasticis

2. Politicis

Quae nisi benedicta sint à Deo, facile urbs corrui. Psal. 127. v. 1. Ps. 20.

II. Subditi : qui negociationes exercentes magistratui & Ecclesiae ministris alimenta suppeditant, quò cultus DEI vigeat.

Hac omnia sub urbe.

II. Ager : Benedictus eris in agro. Nota quòd non dicat : Benedictus erit ager : Nam ager maledictum DEI portat propter hominem, Gen. 3. v. 17.

Ut igitur benedictionem recipiat à DEO, pietate nitendum.

Hic iterum Metonymicè verba possunt intelligi, videlicet pro agro Pagus & rustici in pagis habitantes, & agrum colentes. In tres enim Hierarchias DEUS totum Genus humanum distribuit, secundum versum tritum :

Tu supplex ora : tu protege : tuq; labora.

1. Ecclesiasticus : qui verbum seminat,

2. Po-

2. Politicus : qui gladio imperat.
3. OEconomicus : qui superioribus Statibus alimenta ministrat.

*Et hæc est prima distributio ex subjectis.*

II. Adjuncta vel objecta occupantia iterum in duas classes distribuuntur.

1. Quædam enim faciunt ad conservationem Generis Humani :

2. Quædam ad conservationem vitæ. Hinc

I. Conjugium : quod ad Hominis speciei conservationem à DEO institutum : antiquissima est DEI institutio. Eò respicit : *Benedictus Fructus ventris tui* : In Ebreo פְּרִי בֶטֶן פְּרִי Fructus ventris. Est enim in scriptura propria appellatio liberorum , qui ex conjugio nascuntur , ut Psal. 127. v. 3. Ecce ! hæreditas Domini Filii, sicut merces fructus ventris. Et Psal. 132. v. 11. Sic Luc. 1. v. 42. Christus dicitur fructus Ventris. Et si absq; hoc fructu esset , nulla esset optanda benedictio ventris.

II. Alimentum : quod facit ad conservationem vitæ humanæ, ceu sunt :

I. Animalia : quæ illustrat

1. Γενικῶς : dicit : *Benedictus Fructus animalis* : Omnia enim animalia adduxit DEUS ad Adamum tanquam Dominum , Gen. 2.

2. Εἰδικῶς : Duas species nominat Synecdochicè, intelligens reliquas omnes :

I. Fructus Boum : qui profunt hominibus vel ad :

1. Cibum :

2. Laborem : quo acquiritur victus.

II. Fru-

## II. Fructus ovium: quæ præbent:

1. Lac:
2. Lanam:
3. Fimum:
4. Hilaritatem &c: ut alibi.

## II. Terrâ nascentia: quæ cedunt homini in alimentum; illustrat iterum:

1.  $\Gamma\epsilon\nu\iota\kappa\omega\varsigma$ : Benedictus erit fructus terræ tuæ.
2.  $\text{E}\iota\delta\iota\kappa\omega\varsigma$ : Duo vocabula ponit:
  1.  $\text{N}\pi\eta$  i. e. Corbis. Metonymicè pro omni victus copiâ ac penu. Item: Promptuarium: Thesaurus.
  2.  $\text{S}\alpha\mu$  i. e. Reliquum & residuum. DEUS tam largâ benedictione est multiplicaturus, ut abundant reliquia. Etiam fontes exhauriuntur, ut in proverbio est. At si DEUS fontibus benedicit, ut abundant, nihil deerit. Psal. 23. v. 1.

Tandem annectit distributionem ex adjuncto tempore, quò homines operas vocationis suæ exercere solent: Benedictus eris:

- I. Ingressu;
- II. Egressu:  $\int$  Docet, eos qui benedictione divinâ frui volunt, debere in certâ vocatione manere: Ingredi enim & egredi in Scriptura denotat vocationem hominis, Psal. 121. v. ult. Job. 10. v. 9.

## DOCTRINÆ

## Ex hac particula.

- I. De DEI bonitate: Verum est quod Philosophus: Omne bonum est communicativum sui. Agnoscamus cum Platone: Omnia esse condita propter hominem: hominem autem propter solum DEUM. Ergo requirit DEUS ab homine



homine obedientiam & spontaneum cultum, secundum  
verbum, quod est Cynosura omnium actionum huma-  
narum.

Plato quotidie DEO gratias egit:

1. Quod non brutum, sed homo rationalis:
2. Quod in libera civitate Athenis:
3. Quod tempore Socratis Praeceptoris sui natus.

Quotusquisque nostrum est, qui hoc considerat? De  
Episcopo quodam historia referunt, quod iter faciens inci-  
derit in Pastorem quendam effuse plorantem & ejulantem  
in agro. Inquirens causam fletus, responsum accepit, mon-  
strato baculo suo bufone repente in terra: Se DEO agere gra-  
tias, quod non tam despicatum vermem, sed rationalem ho-  
minem se creavit. Episcopus hac voce territus, ingratitude-  
nem suam agnovit, quod nunquam tale quid secum perpen-  
derit.

Quot habet hic fratres sui similes? qui raro benedictio-  
nis divinae magnitudinem ac multitudinem aestimant, DEOque  
gratias agunt.

Nos agnoscamus hodie, vicinorum nostrorum clade  
ob periculum bellicum moniti, ne poenam nobis attrahamus.

Alphonfus Rex tria quotidie pensi habuit:

1. Quod homo rationalis creatus.
2. Quod cognitione Christi illustratus.
3. Quod ad Regiam dignitatem evectus.

Hujus exemplum quilibet imitetur, DEOque quotidie  
gratias agat: pro benedictione urbis: regionis: agri: corpo-  
ris: animi: Filiorum: Animalium: Fructuum:

Jacob. 1. v. 17. Omne donum bonum & omne donum est

D

per-

*perfectum descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio aut conversionis obumbratio.*

*Maximè verò hoc agnoscere debent ii, qui singulariter singularibus donis à DEO sunt ditati, sicut urbs Annaberga præ aliis ex benedictione metallicâ ortum suum duxit. Dicant divites cum Jacobo Gen. 32. Minor sum cunctis miserationibus tuis Domine. Dicant Reges: Magistratus: &c: cum Davide ex Psal. 103. Benedic anima mea Domino, &c:*

**II. De pietatis remuneratione:** *Varias habet DEUS benedictiones, quibus remunerari solet. Potest etiam ac vult, ut testatur hoc loco Moses. D. Paulus 1. Tim. 4. v. 8. Pietas ad omnia utilis est, ut quæ promissionem habeat vite presentis ac futurae, &c:*

**III. De nostrâ indignitate: quando respicimus:**

**1. Causam generalem:** *quòd omnes nascimur in peccatis & cum peccato, Eccles. 7. vers. 21. Rom. 3. v. 23. Omnes sunt peccatores ac destituuntur gloriâ DEI.*

**2. Causam specialem,** *ob quam indignos nos ipsos reddimus. Hinc B. Lutherus in explicatione quintæ petitionis: Quia quotidie multifariam peccamus, & nil nisi pœnam mere-mur, &c.*

*Multi sibi benedicere volunt, qui tamen suis operibus maledictum cumulant, ut videmus hodiè:*

**1. In Fœneratoribus:** *aruscatoribus, &c.*

**2. In Militibus impiis,** *qui furantur, occidunt & bacchantur.*

**3. In blasphemantibus.**

De

*De his David Psalm. 9. v. 7. In operibus manuum suarum comprehensus est impius meditatione.*

IV. De Pacis nobilitate. *Post religionem Christianam, Regioni vel urbi nulla major felicitas obtingere potest, quàm Pax, sub cuius virore omnes benedictiones divinae cumulatè se diffundunt. Agnoverunt id saniores Ethnici, ut Maronianum illud testatur:*

*Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes.*

*Et Sili præclarum:*

————— *Pax optima rerum*  
*Quas homini novisse datum est: Pax una triumphis*  
*Innumeris potior: pax custodire salutem*  
*Et cives aquare potens.* —————

Pertinet huc insigne D. Reufneri Emblema:

*Qua Dea? Pax, olea cur cingis fronde capillos?*  
*Pacis Concordia nutrix.*

*Quem gremio puerum fert? Plutum, cur age? nempè*  
*Pax mater opum veneranda.*

*Qua comes hac, spicas manibus qua gestat & uvas?*  
*Agricultura, quid illa?*

*Fida comes Pacis soror hac, & filia, quare?*  
*Pax rerum est optima proma;*

*Quas ratio victus, & vitæ postulat usus:*  
*Quid? Pax cum frugibus uvas*

*Dives alit, pomisq; replet felicibus hortos:*  
*Pax bello præstat, & armis.*

*Cur? thalamos & festa colit, citbarasq; chorosq;*  
*Musarum mitis alumna.*

*Sis bona Diva precor: Pacem te poscimus omnes  
Pax custos una salutis.*

Cui meam tum Pacis tum Belli *ἀντιθεῖον* exercitii  
gratiâ sub motibus hisce bellicis composi-  
tam submittere placuit.

PACIS ENCOMIUM.

*Filia Pax celi, pax est pietatis alumna,  
Pax gignit casti vincula castatori.  
Pax Templis requiem praestat, mentesq; serenat,  
Artes defendit Pax preciosa bonas.  
Pax letam nutrit sobolem, pax auctor honoris,  
Virginei mater Pax honoranda chori.  
Pax est virtutis lumen, Pax servat & agros  
Incolumes, Pax est dux comes atq; via.  
Pax est arborum germen, fidiſſima & horti  
Custos, & Pax est lux preciosa anima.  
Divitis est nutrix Pax pauperis atq; Coloni,  
Pax est aeterni janua certa throni.*

BELLI VITUPERIUM.

*Est Bellum è Ditis prognatum semine: Bellum  
Quicquid habet terra hac impietatis, habet.  
Bellum disrumpit socialis foedera lecti,  
Et violat Bellum jura sacrata DEI,  
Bellum non parcit Templis, altaria vastat,  
Thesauros penetrat, dissipat atq; scholas.  
Bellum Musarum perfringit culmina tecti,  
Matris ab uberibus pignora cara necat.*

*Mænia*

*Mœnia transcendit, cives necat, atq; colonos,  
 In Bello nemo est tutus ab insidiis :  
 Bellum virgineo non ulli parcit honori,  
 Et vetiti Bellum claustra pudoris adit.  
 Bellum virtutes tollit, prægnantibus agris  
 Non parcit, segetes perdit & arva simul.  
 Nil intentatum Bellum nil linquit inausum,  
 Omnia disrumpit jura DEI atq; Ducum.*

V. De Anabaptistarum impietate, qua DEO contradicunt : Non licere Christiano proprium tenere. Si enim hoc verum, cur Moses dicit : Benedictus eris in civitate, in agro, &c.

Ejusdem farinae sunt turgidi Monachi, qui in Monasteriis extraordinariè ali satagunt, de quibus Stephanus Toletus eleganter :

————— Cucullatorum habet  
 Grex id subindè in ore, se esse mortuum  
 Mundo : tamen edit eximiè, pecus, bibit  
 Non pessimè, stertit sepultum crapulâ,  
 Operam Veneri dat, & voluptatum affecta  
 Est omnium. Idne est mortuum esse Mundo ?

VI. Benedictionis divinæ abusus trahit secum omnes pœnas DEI. Expertæ sunt :

1. Populosissima urbes & celeberrima Emporia.
2. Nobilissima familia.
3. Munitissima arces.
4. Provincia fertilissima. ut infra.

D 3

Hinc

Hinc DEUS mittit hodiè Patria nostra Germania pios  
Concionatores, qui παρηγοίως deterrent homines,  
exemplo Moſis, à vitiis.

Sicut Rex Ninivitarum in cinere & sacco egit pœnitentiã:  
ita & nos monemur variis hætenus cladibus ac-  
ceptis.

Ipsè Elector Saxonie Dominus noster Clementissimus de-  
nunciari curat pœnitentiam, modò sint qui obsequan-  
tur, &c.

VII. Veterum huc referri potest pictura, qua pinxe-  
runt DEUM in forma Oeconomii, gerentem unâ ma-  
nu ferulam: alterâ verò aliquot claves.

I. Manus gerens ferulam: DEUM iratum nobis depingit,  
cujus manus est aggravata super impœnitentes,  
Psal. 32.

II. Manus gerens claves quinq; est DEI placati per Chri-  
stum: Clavis:

1. Pluvia. Deut. 28. v. 12. infra.

2. Annonæ: Psal. 104. & 145. v. 6.

3. Uteri. Gen. 30. v. 22. Psal. 22. v. 10.

4. Terra: Ezech. 37. v. 22. Apoc. 1. v. 18.

5. Paradisi: Matth. 25. & Luc. 22.

vid. D. Meisn. Meditat. Evangel. p. 1. p. 588.

Omnes hæc claves eleganter demonstrari possunt ex hoc ca-  
pite Moſis.

IIIX. De Superfluitate & reliquiis, quibus suam benedi-  
ctionem pollicetur DEUS. Nihil videmus in nostrâ esse  
potestate: sed in solâ manu DEI, unde etiam super-  
fluum. Gracantur nonnunquam divites bujus mundi  
& vi-

Et vivunt in voluptatibus permissu DEI: at tandem DEUS subtrahit vel ἀπὸ μνηστῆρας, ut exempla testantur, Luc. 12. Et Luc. 16. Monstrat nobis sacra Scriptura: Quinam propriè superfluitatem sentiant & nimirum:

I. Prophetarum & piorum Exulum Cibatores: sicut testantur:

1. Elias Exul, 1. Reg. 17. v. 13. pastus à Sareptanâ, cujus abundantia semper fuit benedicta.
2. Elisæus 2. Reg. 4. v. 42. cui vir à BaalSalisa affert 20. panes. Vile videtur famulo ejus, quo pascantur centum viri: Sed jubet proponi cum promisso: superfluum esse mansurum. Fit ad verbum Propbeta. Saturantur, & manet residuum benedictum.

II. Christi in desertum imitatores.

Videmus quatuor ex locis N. T.

1. Matth. 14. v. 20.
2. Marc. 6. v. 31.
3. Luc. 9. v. 10.
4. Job. 6. v. 5.

Confidite ergò quotquot hodiè Christum imitamini: Cibus erit vester: potus erit: Salus erit.

Monentur divites, ut succurrant hoc tempore piis Exulibus, qui personam Christi gerunt. Hac enim & non aliâ ratione cumulabunt sibi ἐπιγράμια, Luc. 16. v. 9. recipientur ἄετι τὰς αἰωνίους σκηνάς, i.e. in aeterna tabernacula.

Et sic fuerunt Media Corporalia Benedictionis tempore Pacis. II. Bel-

II. Belli tempore: nota: Ex felicitate populi sequi luxum  
 & superbiam: ex superbiâ invidiam vicinorum: ex  
 invidiâ Bellum aliasq; calamitates, ut exercentur  
 pii. Belli causam remotam esse DEum, ob peccata ho-  
 minum irascentem. Nota:

I. Ecclesiæ impugnationem: ubi

I. Hostium adventum: animum: conatum: im-  
 petum: textus: unâ viâ egredientur adver-  
 sum te: Respicit Moses ad ordinem militare, quo  
 uti solent hostes in egressu.

II. Hostium fugam: textus: In septem viis ad fa-  
 cies tuas: q. d. conjunctim venient: disper-  
 sim fugient.

II. Ecclesiæ propugnationem: quæ est:

I. Immediata: DEus ipse: Dabit Dominus inimicos tuos  
 surgentes super te percussos ad facies tuas. Magna  
 promissio, qua DEus pollicetur se Ducem fore Exerci-  
 tus Ecclesiæ.

II. Mediata: Duces militares excitando & armando. Quò  
 respicit pbrasis: ad facies tuas. Experienciâ edoctus  
 Moses loquitur: ubi nota:

I. Ecclesiæ Victoriâ, quæ est à DEO,  
 Movetur hoc loco:

1. Quæstio: Num victoriâ semper sit bona causa  
 indicium?

2. Responsio: Quòd non. Bello enim utitur DEus  
 tanquam primariâ causâ, vel ad

1. Juvandum Ecclesiâ:

2. Puniendum ob peccata.

Exem-



*Exemplum suppeditant Israëlites pugnantes contra Benjaminitas, Jud. 20. illi enim qui bonam ac justam habuerunt causam succubuerunt: hi verò victores bis evaserunt: vide Saxon. Evangelicam Reverendi & Clariss. D. Höpfneri de hoc argumento, contra Cutssemium p. 171. & seqq. Item Disputat. Dn. Licent. Job. Höpneri nuper habitam, de causa bellorum, quæ tota huc referripotest δογματικῶς καὶ ἐξηγητικῶς.*

**II. Ecclesiæ benedictionem:** *Etiam ipso tempore periculoso promittit DEUS benedictionem. Nam licet rapiant hostes, & perdant fruges ἀγαθῶν, temerè ac studiosè, sicut tempore belli facere solent: tantam tamen fore benedictionis*

**I. Gratiam;**

**2. Copiam;**

*Ut tùm regionis incolæ, tàm etiam exercitus hostium ali possint. Nota:*

**I. Dominum:** *à quo omnis benedictio:*

**II. Servum:** *Benedictio enim quasi per prosopopœiam introducit tanquam servus DEI, notetur,*

**I. Dei mandatum:**

**II. Benedictionis officium per distributionem Subjectorum:**

**I. Generalis:** *Terra, vel Regio.*

**II. Specialis:** *duo subjecta loca exprimantur.*

**I. Cella:** *B. Lutherus: Im Kessel. In Ebraeo GOTT hat den Schlüssel zur est כּוּן, i. e. Horreum, Proverb. 3. v. 10. 1. Schutte. 2. Bier & Kessel. 3. Wein) Synecdochicè continentis pro contento: sicut supra vox Corbis, v. 4.*

E

II. Im

II. In omni missione tuæ manus: מַשְׁלֵיךְ יְדֶיךָ,  
i. e. in omni missione manus tuæ: Respicit:

1. Deum: cui offertur sacrificium ad conser-  
vandam ministerium.
2. Magistratum: cui penditur tributum.
3. Exercitum: cui alimentum:

## DOCTRINÆ.

I. De Bellorum causâ:

- I. Remota: quæ DEUS, qui ob peccata populi permittit.
- II. Propinqua: Diaboli πανουργία, & Hominum κακουργία. vide disputat. supra citatam. & Conciones D. Rechtenbachii de Bello.

II. Verum esse illud: Religio peperit divitias, & filia devoravit matrem. D. Bernbardi sunt verba. Philipp. Melancthon in Chron. Crescente potentiâ mundi, Ecclesia affligitur: & tamen Ecclesia est postea victrix. Intende oculos ad ipsam experientiam, quæ testis est verum esse illud præclarum ejusdem Philippi: Quando Principes audiverunt doctrinam Religionis, sicut hoc tempore: transferunt eam ad augendum potentiam, & ad occasiones turbandi imperia, vel explendas suas cupiditates.

III. Magnam felicitatem parere invidiam, sicut in Israelitis, qui ob felicitatem oppugnati sunt ab Hostibus vicinis, vide Historiam Judicum, &c.

IV. De Ecclesiæ periculo in Mundo:

1. In prosperis: patitur invidiam:
2. In adversis: επιχαιρεκακία.

V. Ec-

V. Ecclesia quidem impugnatur, sed non expugnatur: premitur, sed non opprimitur: persecutionem patitur, sed non deseritur: dejicitur, sed non perit.

*Axiom. Richteri ad Ecclesiast. p. 31. 32. & seqq. illustratur elegantissimis similitudinibus, sumtis*

1. *Ab Amarantho semper viridi, licet frangatur:*

*B. Luth. in Colloq. p. 241. b.*

2. *A Palmâ, quæ sub onere surgit & nititur contra pressuram:*

3. *Ab unione, qui generosior fit in magnâ tempestate.*

4. *Vitis, quæ amputata crebrius crescit eò feracius.*

5. *Croci, qui conculcatus pedibus fortius crescit.*

VI. Infelix est fiducia præsidiorum mundanorum: quæ facilè abripit homines ad corruptelas doctrinæ, attrahentes pœnas divinas. Nam præsidia humana longè infirmiora sunt quàm ut possint custodire Ecclesiam ac Politias nisi divinitus defendantur. Hinc

*Poeta:*

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,  
Et subito casu, quæ valuere, ruunt.

*B. Lutherus: Was Menschen Krafft vnd Witz anfährt / sol vns billich nicht schrecken / ic.*

VII. Mosen fuisse Belli Ducem heroicum & experientissimum, instructum à Deo sapientiâ & felicitate. Nam, ut Plato inquit, non inest naturâ heroica virtus hominibus: nec doctrinâ comparatur: sed divinitus existit in præstantibus naturis.

VIII. Victoriâ & successum felicem esse à DEO: testantur:

E 2

I. Di-

I. Dicta: Deut. 33. v. 29. Dominus scutum auxilii tui,  
 & gladius victoriae tuae: Psal. 118. v. 15. Dexterâ  
 DEI victoriam obtinet. Psal. 144. v. 10. Dominus  
 dat salutem (victoriam) Regi. Proverb. 21. v. 31. à  
 Domino est victoria, 1. Maccab. 3. v. 18. 2. Mac-  
 cab. 8. v. 18.

II. Exempla: 1. Abrahami, qui vicit quinq; Reges, Ge-  
 nes. 14. 2. Mosis contra Amalechitas, Exod. 17. v. 11.  
 3. Josua, c. 10. v. 13. 4. Gedeonis, Jud. 5. Davidis,  
 1. Sam. 17. Jonathan, in lib. Maccab.

His addi possunt ea quae in Axiom. Richteri polit. p. 565.  
 & seqq. ubi nota:

Causa victoria non sunt hominum consilia, multitudo,  
 potentia & industria: sed auxilium DEI. Hinc  
 Statius:

Non vis aut numerus, tandem bona causa  
 triumphat.

IX. Ecclesiam à DEO non desereri. Testatur

1. Divina promissio: quae non fallit ut hoc loco: verum  
 accipienda est conditionaliter: si obedieris voci Do-  
 mini DEI tui.

2. Promissionis impletio: vide Axiom. Richt. Eccle-  
 siast. p. 38.

X. DEUS plus dat quàm rogatur. Nam benedictio ipsius  
 sub pœnis etiam locuples est. Ministrant DEO omnia,  
 Epbes. 3. DEUS potest cumulatè facere ultra omnia  
 quae (speramus) petimus aut cogitamus.

D. Basilius: Melius res nostras DEUS gubernat, quàm  
 nos optare ausimus.

XI. Pre-

XI. Preces sanctorum virorum sunt fulcra Ecclesiæ & Reipublicæ. *Quæ observanda sunt ex voce Missionis. Missio enim est*

1. Vel oris: *ut preces:*
2. Vel operis: *ut sacrificia, &c.*

*Tantum de hac particulâ. Et sic finit Corporalis benedictionis promissio.*

II. Spiritualis Benedictio: *Cultus divini conservatio ac propagatio, v. 9. cui annectitur iterum v. 9. corporalis, eò quòd hæc sit adminiculum vel causa illius, sine qua non. Consistit autem in:*

I. Sanctificatione, ubi:

1. DEI juramentum:
2. Sanctitatis augmentum: *Obedientia illustratur effectis consequentibus,*
  1. Nominis DEI celebratio: *inter populos omnes terræ, v. 10.*
  2. Populorum vicinorum trepidatio, v. 10.

II. Benedictiois impletione: *ubi distributio ex Subjectis:*

1. Generaliter: *Bonorum copia:*
2. Specialiter: *Benedictio:*
  1. Ventris:
  2. Pecudum:
  3. Agrorum:

*Horum omnium illustratio annectitur per causas adjuvantes, duplici respectu:*

I. Respectu DEI:

I. Thesauri apertio: *nota Metaphoram thesauri, cui*

E 3

celum

*celum confertur, quod est thesaurus DEI: & iterum metonymicè celum pro aere vel nubibus sub celo, unde pluvia:*

1. Matutina:

2. Serotina:

II. Exaltatio: propter:

1. Usuram: *quam sument ab aliis.*

2. Figuram: *argumento à Comparatis.*

*Confert enim*

1. Capiti: *Suum populum Israeliticum.*

2. Caudæ: *reliquos vicinos.*

II. Respectu populi, vel Ecclesiæ, *cujus:*

1. Facienda: *Constanter in viis Domini ambulare:*

2. Fugienda:

1. ἀποστασία. *v. 14.*

2. Idololatria. *v. 14.*

## DOCTRINÆ

*Ex hac particula:*

I. Religione verâ & cultu Dei nihil præstantius vel in regione, vel in urbe. *Differunt:*

1. δόκησις: *prætextus Religionis.*

2. ἀλήθεια: *veritas Religionis, quæ consistit:*

1. In Fide verâ: *in Christum.*

2. Vitâ sincera: *ad Christi & Apostolorum sanctorum exemplum.*

II. Sanctitas Deo grata est, si confirmatur obedientiâ erga Dei verbum: *Est autem duplex;*

I. Si-

I. Simulata :

II. Vera:

I. Simulata : *que caret sacra Scriptura fundamento, qualis fuit:*

1. Ethnica : *olim:*

2. Monastica : *in Papatu.*

II. Vera & Christiana : *qua duplex:*

1. Interna : *cordis:*

2. Externa : *oris & operis.*

*Illam DEUS πείρωτος requirit : hanc δευτέρως : vide hac de re D. Meisneri Considerationem Lessian. p. 59.*

*Christiani sanctè viventis tria sunt objecta :*

1. DEUS : *qui requirit pietatem.*

2. Proximus : *cui debemus caritatem.*

3. Christianus ipse : *qui sobriè debet vivere.*

*Huc spectat illud Apostoli, Tit. 2. v. 12. quo hortatur, ut vivamus in hoc seculo :*

1. σωφρώτως, i. e. sobriè, quoad nos ipsos.

2. δικαίως, i. e. justè, quoad proximum.

3. εὐσεβῶς, i. e. piè, quoad DEUM.

III. Magnam vim esse Religionis ad coercendam plebem. *vide Axiom. Eccles. Rich. 74. p. 108.*

IV. Bona naturæ & fortunæ famulantur bonis Spiritualibus, *nec aliam ob causam dantur hominibus, quàm ad conservationem cultus DEI. Ergò peti debent à Christianis cum conditione, si DEO visum est, & saluti commodum, ut largiatur. Agnoscit hoc David Rex pius, qui expulsus regno sapienter & patienter dicebat, 2. Sam. 15. v. 25. Si invenero gratiam in*

OCN-

*oculis Domini, reducet me & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum. Si autem dixerit mihi: Non places; prestò sum, faciat mihi quod bonum est coram se. Et Salvator noster, Matth. 26. v. 39. Pater mi, inquit, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.*

V. Celum esse Dei thesaurum: *ratione:*

1. Apertionis.
2. Occlusionis.

VI. Precatio ardens est clavis celi, sicut *testatur Elias exemplum, 1. Reg. 17. v. 1. Unde Jacobus c. 5. v. 17. Elias homo erat similis nobis, & oratione oravit, ut non plueret super terram, & non placuit annos tres & menses sex. Et rursùm oravit, & celum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum. Gott hat den Schlüssel zur Brodtkammer oder zum Brodt-Gewelbe.*

VII. Exaltatio Imperii, & felicitas temporalis est remuneratio pietatis. *Sed nota:*

*Non minor est virtus quàm quærere parta tueri,*

*Casus inest illic: hic erit artis opus.*

*Violando jus divinum non stabilitur majestas Imperii.*

*Nam propter injusticiam transferuntur regna de gente ad gentem, Sir. 10. Et Poeta:*

*Tolluntur in altum*

*Ut lapsu graviore ruant.*

*Et illud: Nam cætera regna*

*Luxuries vitiis, odiisq; superbia vertit.*

VIII. Figura Capitis sæpè in scriptura depingit Regnū.

*Sic*



*Sic Daniel. 2. Monarchia Babylonica aureo capiti confertur. Et de nostro Salvatore David dicit Psalm. 110. exaltabit caput. Allegoriam capitis ostensam vide in clave Theolog. Renneccii, p. 159. 160. & seqq.*

**IX.** Figura caudæ significat Regni:

1. Contemptum:

2. Servitium:

**X.** Duo sunt maximè vitia ruinam Imperiis minantia, eaq; inter se cognata:

I. Αποστασία.

II. Idololatria:

*Verum esse testatur regnum Salomonis, qui fuit & apostata & idololatra.*

**I.** Apostasia variis fit de causis. Desertores enim Doctrinae Evangelicæ fiunt

1. Metu: ut Petrus Apostolus:

2. Avaritiâ: ut Judas.

3. Odio: ut Porphyrius Sophista, qui percussus à Christianis odio eorum fidem abjuravit Christianam.

4. Amore: gratiâ & favore hominum, ut Salomonis cor per uxores captum depravatum est, ut defecerit.

5. Impatientiâ in cruce: cujus exempla suppeditant Israelitæ. Et nostrum hoc seculum talia exhibet exempla in Bohemiâ, Moraviâ, Austriâ, &c.

6. Κακοζηλία majorum, eorumq; auctoritate. Julianus Apostata, qui privatus quum esset, professus est, se esse Christianum. Item. Raporus Phryсорum princeps, conversus ad Christianam religionem & à pio Episcopo informatus in capitibus pietatis ac

F

Fidei

*Fidei Christiana, quum alterum jam pedem in fontem potuisset, ut baptisaretur: interrogavit Episcopum, ubinam majores esse suos existimaret? Et Episcopo respondente: eos esse damnatos propterea, quod nulla nisi per Christum in celum via pateat: Ille mox pedem retraxit abnegatâ iterum veritate, addens: Se ibi malle esse, ubi majores suæ essent: Similes sunt huic levissimo Apostata moderni Jesuitæ, qui nihil habent quod obtendant, quo Religionem Papisticam pallient, quàm exempla majorum, sicuti videre licet in Cutsenio, cui opposita est Saxonia Evangelica Clariss. D. Höpfneri.*

**. II. Idololatria, quæ est vel:**

1. Crassa: *Ethnica & Papistica:*

2. Subtilis: *quæ fit:*

1. Avaritiâ:

2. Metu: *&c. & conjuncta est cum Apostasiâ.*

*Tantum de primâ parte Capituli.*

## II. PARS CAPITIS

Maledictionem continet: *cujus:*

I. Principium:

II. Medium:

**I. Principium:** *DEUS qui per Mosen inquit: Venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te, v. 15. Unde alibi Moses in persona DEI, Deut. 11. v. 26. Ecce! ego do hodie coram vobis benedictionem & ma-*

Et maledictionem. Item: Deut. 30. v. 19. Contestatus sum hodie in vos celos Et terram, vitas Et mortem dedi ad facies vestras, benedictionem Et maledictionem, Et eliges in vivis, ut vivas tu Et semen tuum

II. Medium, quo utitur DEUS:

I. Generale: Maledictum ipsum secum inferens poenas gravissimas, quod exprimitur infra aliis vocabulis. Appellat enim:

1. Perditionem vel conturbationem, v. 20.
2. Contritionem vel increpationem: ibid.
3. Delationem: v. 20. Inspiciatur textus Ebraicus Et expendatur Emphasis vocum.

II. Speciale: oppositione contrariorum iis, quae supra posuit, ubi distributio ex

I. Subjectis: ut sunt:

1. Civitas: Metonymicè Et Synecdochicè.
2. Ager: ut supra.

II. Adjunctis vel objectis occupantibus.

In Urbe Et Pagis floret:

1. Conjugium: quod ad conservationem totius speciei vel generis humani institutum est.
2. Alimentum: quod ad conservationem vitae: ubi iterum elegans distributio ex:

I. Fructibus:

I. Animalium:

1. Boum: } Synecdochicè
2. Ovium, }

II. Terræ:

F 2

I. Cor-

I. Corbis.

2. Reliquiarum.

II. Actionibus: *respectu temporis adjuncti, quo homo labores officii sui perficit:*

1. Ingressu:

2. Egressu:

*Quae omnia DEUS se anathematis fulmine percussurum minatur.*

*Hac omnia exaggerat in specie per inductionem, vel distributionem malorum ex Subjectis:*

I. In corpore humano:

II. Extra corpus humanum.

I. In corpore humano: *Sunt mala inbarentia, Morbi varii per enumerationem specierum: v. 21. ut sunt:*

1. Pestis: *cujus notetur:*

1. Appellatio:  $\zeta$

2. Operatio  $\zeta$  v. 21. *de qua solâ integra Concio formari posset, si quis vellet excurrere.*

2. Phthisis:

3. Febris ardens:

4. Inflammatio.

5. Aestus.

6. Venenatio.

7. Aurigo vel morbus Ictericus.

*Diligens Studiosus sanctae linguae nervum vocabulorum intendat, & habebit copiam eruditionis.*

*Quae omnia specialius per comparisonem infra v. 27. exaggerantur: Dominus percutiet --*

I. Plagis Ægypti: quæ enumerantur Exod. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. cap. quas bisce versiculis inclusi:

<sup>1</sup> Sanguis: <sup>2</sup> Rana: <sup>3</sup> Pulex: <sup>4</sup> Insecta: <sup>5</sup> Pests: <sup>6</sup> & atra. Fit scabies: <sup>7</sup> Grando: <sup>8</sup> Brucchus: <sup>9</sup> Tenebræq; malignæ, Atq; <sup>10</sup> genitura prima percussio tandem.

II. Hæmorrhoidibus: vide Ebraicum textum.

III. Scabie:

IV. Pruriginæ

V. Amentia, v. 28.

i. Naturali.

z. Spirituali.

VI. Cœcitate:

i. Naturali:

z. Spirituali.

VII. Stupore cordis. v. 28.

De quibus singulis singulæ conciones formari possent, si quis vellet se exercere: possent q; tractari tum Pby- sicè tum Theologicè.

II. Extra corpus humanum: tanquam causæ adjuvan- tes ac promoventes tantorum malorum, quibus uti- tur DEus tanquam instrumentis, ac flagellis. Huc referenda est allegoria, quâ DEus pingitur iratus ma- nu flagellum gestans, supra exposita.

I. Supra homines: in Celo, ubi Celum pro aere poni- tur, & illustratur ejus descriptio:

1. A situ: quod supra caput tuum est. v. 23.

2. Adjuncto: æs:

II. Infra homines:

I. Terra: Ferrum:

F 3

z. Pul-

MEDITATIONES

2. Pulvis: loco pluvia erit. v. 23.

*Quae infra v. 28. fusiùs explicantur agrorum sterilitate;  
per distributionem ex:*

I. Caussis adjuvantibus ac promoventibus pœnas divinas: *ut sunt:*

1. Locustæ.

2. Vermes.

3. Insecta varia.

II. Subjectis: *ut sunt:*

1. Agri:

2. Vineæ

3. Horti: *ut arbores:*

1. In genere:

2. In specie: *olivæ. v. 40.*

III. Circa homines, *ubi Belli periculum graphicè  
depingitur:*

1. Ab ortu: *Domini percutiet te. v. 25:*

2. Ab effectu detrimentofo: *ubi enim bellum  
est, ibi omnia sunt mala. Verum est illud  
tempore belli: Nulla calamitas sola. Ca-  
lamitas calamitatem parit. Quod velex  
bac graviss. DEI comminatione patet. Re-  
spectu hostium:*

1. γενικῶς: *Omnium, quicunq; hostilem gerunt animum  
erga Ecclesiam:*

2. ειδικῶς: *Romani exercitûs, ut infra v. 49.*

I. γενικῶς: *Ex Bello proveniunt:*

1. Turpis Fuga: *v. 25, quando DEUS aufert animum  
impugnatis:*

2. Gra-

2. Gravis pressura: *respectu:*

1. Occisorum. v. 26.

2. Vivorum, qui pati coguntur.

I. Vim, injuriam & summam injusticiam, quam exaggerat per inductionem & distributionem duplicem:

I. Subjectorum: *ut:*

1. Conjugis vel uxoris stupranda. v. 30:

2. Domus vastanda.

3. Vineæ diripienda.

4. Tauri mactandi.

5. Asini abducendi.

6. Ovium devorandarum.

7. Liberorum abducendorum.

8. Frugum terræ perdendarum. v. 30. & seqq.

II. Effectorum: *inde resultantium: tum:*

1. In Rege: v. 36.

2. In Subditis: v. 36.

} Horum:

1. ἀποστασία:

2. Idololatria:

3. Amentia.

*Ubi notandum, quomodo apostasia idololatria & alia peccata simul sint causa & effecta: culpa & poenae, quibus DEUS antegressa peccata punit?*

II. Impiam Servitutem: *vim & injusticiam enim sequitur servitus, v. 43. & quidem respectu:*

1. Dominatûs }

2. Contractûs }

*amplificatur per opposita contraria*

*ex causâ ἀδικητικῆς: qua irritârunt iram  
DEI*

1. In-

1. Inobedientia: v. 45:
  2. Cultus divini negligentia. v. 47. *Pro quòd non coluisti DEum tuum in leticiâ & bonitate cordis præ multitudinem omnium.*
- II. εἰδικῶς: in specie: Romanorum Exercitus, quo significatur πανολεθρία Judaici populi. Describitur Romanus exercitus
- I. Ab Adventu furioso: qui illustratur argumento à Comparatis duplici modo:
    1. Lingua ignota:
    2. Aquila: cui comparantur. Est enim Aquila insigne Romani Imperii, à quo Judæi tanquam sunt deleti Anno 70. post Christi nativitatem.
  - II. Ab Effectu detrimentofo triplici:
    1. Bello: v. 51. vel vastatione.
    2. Fame: v. 53.
    3. Captivitate. v. 65.
  - I. Bello: per distributionem totius in suas partes, vel integri in membra, quæ omnia vastantur.
    1. Totius: Regionis vel terræ benedictæ à DEO ὀλοκαρδίως dilectæ.
    2. Partium: ut sunt:
      1. Animalia:
      2. Fructus:
      3. Arbores.
      4. Muri: ubi Synecdoche partis pro toto: Civitates.
      5. Por-

5. Por-



5. Porta: metonymicè pro Judiciis, quæ exercebantur in portis.

II. Fame: quam patietur

1. Sexus virilis, cujus signa sunt v. 53.

1. Liberos devoratio.

2. Voluptatis ablatio.

2. Sexus muliebris, v. 56.

ubi iterum signa ponuntur

1. Deliciarum remotio.

2. Angustiarum positio: respectu:

1. Vitæ Conjugalis. v. 56.

2. Famis intolerabilis. v. 57.

Exaggerantur hæc omnia omnia & quæ vel congerie causarum efficientium, quæ sunt:

1. Secundariæ: vel:

1. Irritantes:

1. Inobedientia

2. Idololatria } v. 58.

2. Adjuvantes: Et quidem:

I. In genere: varii morbi, percussiones: plaga: videatur textus Ebraicus.

1. Parentum

2. Seminis ipsorum: ubi metonymia materia: Semen pro liberis.

II. In specie: Plaga vel agritudo Ægypti, ubi iterum Comparatio dissimilium statuum:

1. Prosperi: secundum quem conferuntur stellis multitudinem & gloriâ, v. 62.

G

2. Ad-

2. Adversus reliquia parva. v. 62.

2. **Primariae causae efficientis, quae Deus est: qui describitur comparatione:**

1. **Similium:**

2. **Dissimilium:**

I. **Adjunctorum:** latitiam resultante ex Dei misericordia, amore: cuius oppositum est furor & ira.

II. **Effectorum:** iusticia: ut sunt

- 1. **Dispersio**
- 2. **Reiectio**

III. **Captivitate:** v. 65. quam amplificat Effectus duobus.

I. **Trepidatione:** distributione subjectarum corporis partium:

I. **Partium corporis:**

1. **Internarum:**

- 1. **Cor**
- 2. **Anima**

3. **Vita.**

2. **Externarum:** oculorum, &c.

II. **Adjuncti temporis:**

Nocte & die.

2. **Mane & vesperi,** per prosopopœiam illustrantem miseriam ac calamitatem ingentem.

II. **Venditione:** cuius

1. **Relatum:** Emtores:

1. **Ægy-**

1. *Ægyptios;*

2. *Hostes.*

2. *Statum: Nullus emtor aderit. Est exaggeratio à privantibus: Optabunt venditionem: sed non invenient emtorem.*

## DOCTRINÆ.

I. *De DEI Justiciâ. Verum esse apparet ex hoc capite illud Amos Prophetae c. 3. v. 6. Non est malum in civitate, quod non fecerit Dominus. Et hoc loco audimus Maledictum DEI importare omnia mala. Cave cum Calvinianis non concludas: Ergo DEUS est auctor peccati.*

*Distinguendum enim est inter*

1. *Malum culpæ: ex quo omnia mala:*

2. *Malum poenæ: quo DEUS peccatum & culpam punit.*

*Hoc discrimen manifestè apparet ex hoc capite: ubi:*

1. *Apostasia & idololatria v. 14. prohibentur à DEO, tanquam peccata, quibus maledictura mereri possit populus.*

2. *Infrâ v. 56. eadem flagitia horrenda minatur DEUS propter antegressa delicta, tanquam effecta & poenas peccato ac culpâ meritas.*

*Loquunturq; debemus cum scripturâ, ut vindicetur gloria DEI, quæ aliàs periclitatur, quando statuitur causa peccati.*

*Opponatur igitur blasphemis Calvinistis illud Propheetae Jeremie Tbren. 3. v. 39. Cur afflictabit se homo*

vivens? Quilibet accuset peccata sua. Scrutemur  
 & inquiramus vias nostras, & revertamur ad Do-  
 minum. Dicamus cum Davide Psal. 119. v. 137. Ju-  
 stus es Domine, & justa sunt judicia tua.

Fecit quoque pius Imperator Mauritius Anno Christi 602.  
 qui avaritiâ & superbiâ peccabat, non existimans  
 sibi honorificum redimere ab hoste innocentem san-  
 guinem. Quare deinceps ad supplicium ductus  
 hac verba flebiliter protulit: Justus es Domine &  
 rectum judicium tuum.

Videmus hoc nostro seculo omnia vitia dominari, imò vi-  
 tia sortiri virtutum nomina, & ornari titulis splen-  
 didissimis, pereunte interim Ecclesiâ Jesu Christi  
 precioso sanguine ipsius redemptâ.

Et non puniat DEUS Luxum, avaritiam, contemptum mi-  
 nisterii, Superbiam, adulteria, Scortationes passim  
 regnantes? Certè puniet justus judex, de quo Da-  
 vid Psalm. 5. v. 5. Non tu DEUS es volens iniqui-  
 tatem.

II. Observetur illud Prophetæ Esaia c. 21. Clamavit Leo:  
 Super Speculam Domini ego sum, stans jugiter per  
 diem, & super custodiam meam ego stans. stans totis  
 noctibus. Equalia enim delicta aequales cumulant  
 poenas. Audiat nostra Germania quod Jeremias Pro-  
 pheta habet c. 6. v. 3. Speciosa & delicate assimilari  
 filiam Sion: ad eam convenient pastores & greges eo-  
 rum, fixerunt in eâ tentoria in circuitu. Nam v. 7.  
 Sicut fons scaturit aquam, ita malitia eorum. Et v. 10.  
 Ecce! verbum Domini factum est eis opprobrium, &  
 non

non suscipient illud. Et v. 14. Curant contritionem  
filia populi mei cum ignominia dicentes: Pax, pax, &  
non erat pax, &c.

Hac omnia nobis hodie securè peccantibus & non de con-  
tritione Ecclesie in vicinia dolentibus à Prophetis  
DEI occinuntur.

III. Regiones, provincias & civitates, vel propter trans-  
gressionem impii Regis, vel propter unius mali civis de-  
licta puniri ac everti.

D. Lutherus in Genes. c. 34. Fürsten haben genarret/  
das Volck muß leiden.

Hinc Ethnicus Poeta:

Quicquid delirant Reges plectuntur Achivi.

Exempla sunt:

I. Biblica:

1. Stuprum Dina Jacobi filia à Simeone & Levi  
DEI permissu vindicatur tam in civibus,  
quàm in Magistratu.

2. Aaronis Pontificis idololatriam ulciscitur Deus  
in populo, Exod. 32.

3. Ab abi impietatem luit regnum Juda.

II. Profana vel Ethnica:

1. Troja vastatur ob raptum Helena.

2. Lacedamonii caduntur ad Leuctra, propter  
duorum adolescentium scelus, qui filias Sce-  
dasi violaverant & interfecerant. Axiomat.  
OEcon. Richter p. 114. & seqq.

IV. DEUS vilissima nonnunquam organa opponit  
summæ potentia, ut discant Tyranni, DEUM esse

ipsis valentiolem, & posse eorum impetus reprimere  
 ac conatus impedire. Psalm. 93. v. 4. Fortis sonitus  
 aquarum multarum & fluctuum maris; at fortior in  
 excelso DEUS. Et Psalm. 77. v. 3. Confringit Do-  
 minus jacula, arcus, scutum, gladium & bellum, illu-  
 strior est & admirabilior quam montes predatorii.  
 B. Luth. in Genes. c. 33. Corda hominum accensa sunt  
 irâ & fremunt horribiliter; sed DEUS constituit me-  
 tas furoris & irarum, quas non licet transilire. Hinc  
 Germani in Proverb. ex Siracide: Wenn Gott in  
 seinem Zorn auffgebeut/ so stehen alsobald alle  
 Creaturen im Harnisch vnd Waffen.

V. Catalogus maledictorum & Poenarum divina-  
 rum semper ob oculos versetur nobis hoc  
 tempore  $\text{ἡμετέρας ἡμετέρας}$ , ubi impune grassantur vitia,  
 ne impatientes simus, quando peccata nostra visitat

DEUS. Sunt autem: vel:

1. In ipsis corporibus: vel:

2. Extra corpora in iis rebus, qua inserviunt vel:

1. Toti humano generi:

2. Vita hominis: qua:

1. Naturalis.

2. Spiritualis: & salutem affert.

De his omnibus in specie si dicendum esset, prob! bone

DEUS quanta requireretur industria?

VI. De causis calamitatum generis humani:

Sunt enim:

I.  $\text{ἑκαστοῦ}$ , i. e. Poena, qua vel:

I. Communes: totius vel:

1. Re-

1. Regionis: & horum: agall III

2. Urbis, &c.

2. Propria: certarum personarum, ut exilium David.

II. Δοκιμασία: qua vel:

1. Communes: totius Ecclesiae.

2. Propria: Certa persona: ut Carcer Josephi: Jobi afflictiones, &c.

III. Μαρτύρια, i. e. testimonia Veritatis, ut Johannis Baptista decollatio: Prophetarum & Apostolorum, Sanctorumq; martyrum mors.

IV. Αγορά: Redemptionis precium, quale factum à solo Christo, per spontaneam obedientiam.

VII. De Plagis Aegypti, quas Deus minatur: videatur Tractatus Sigismundi Suevi Freystädiensis Anno Christi 1582. editus, cujus titulus: Speculum Mundi indurati. Pauca inde describam:

I. Plaga est: Unde in sanguinem mutatio: de qua ordine tractat historice & Theologicè sequentes quaestiones:

1. De poena sanguinis qualitate, & ejus abominatione.

2. Quomodo DEUS etiam alia loca hac poenâ castigavit?

3. Quis finis, in quem DEUS (populos) homines castigat?

4. Consequentia: Qualem se Mundus erga ejusmodi poenam gerat?

II. Plaga est Ranarum immissio: de qua eadem quaestiones.

III. Pla-

III. Plaga: Exod. 8. Sunt Pediculi, de quibus eadem methodus observatur.

IV. Plaga: Mixtio varia insectarum, Exod. 8. v. 21. ubi eadem tractantur.

V. Pectis: Exod. 9. v. 3.

VI. Ulcera & inflammationes atræ. Exod. 9. v. 9.

VII. Grando & horrenda tempestas. Exod. 9. v. 18.

VIII. Locustæ: Exod. 10. v. 12.

IX. Tenebræ horrendæ triduanæ. Exod. 10. v. 21.

X. Primogenituræ occisio, Exod. 11. & 12. ubi dua partes tractantur.

1. De tristissimo Pascha Ægyptiorum & omnium impiorum.

2. De letissimo Pascha Israëlitarum & omnium credentium piorum.

Addat quoque benevolus lector Martini Bobemi Laubensis Gemitum Creaturarum.

Hi duo viri pii ac religiosi videntur Prophetæ fuisse sua patria, & prævidisse has calamitates seculi nostri. Utinam! ne nos quoque apprehendant.

VIII. De Bello: quod sit flagellum irati DEI, nemo non Christianorum agnoscit.

Et quis omnia mala recensere posset, quæ ex bello proveniunt? Sufficiant hæc, quæ DEUS minatur ad terrendos impios.

Si quis autem plura desiderat, is adeat Militiam Christianam M. Ludovici Rechtenbachii ante aliquot annos editam.

Huc pertinet vituperium Belli supra positum, ex quo facile lector

lector



lector eruditus mala inde pullulantia colligere poterit, si hac à Mose, ad que mens attonita stupet, & oculi lacrumis madent, non sufficiunt.

Sed quid opus est verbis, ubi Martis furore & gladio omnes finitimas regiones vastari videmus? & experientiâ edocti ingemiscere cogimur:

Nulla salus victis: non est spes ulla salutis.

Salutis dico. Nam Religionem simul cum regione in potestatem hominum venisse prob! dolor, cognoscimus.

Nulla salus Bello, pacem te poscimus omnes,  
Christe Deus, noster pace triumphat ager.

IX. De Fame: quæ etiam inter pœnas & calamitates publicas refertur: Est duplex:

I. Naturalis vel corporalis, quando ingravescente annonâ, ea, quæ ad vitæ sustentationem pertinent, hominibus subtrahuntur. Dicitur de Deo, quòd vocet famem, Gen. 41. v. 32. & Psalm. 105. v. 16. Minatur DEUS Deut. 32. v. 23. Combusti erunt fame & comesti agridudine. Poëta Famem pinxerunt nigram vel atram: Hinc atra famis. Et coincidit cum illo Esa. 5. v. 13. ubi viri gloria ejus dicuntur viri famis, & multitudo ejus arida siti. Talis enim nigredo à famelicis attrahitur, ut dicas eos combustos aut in fumo torrefactos esse. Exempla famis & annonæ naturalis occurrunt in historiis tum sacris tum profanis.

I. Sacris: Gen. 12. v. 10. Gen. 26. v. 1. c. 41. v. 54.  
Gen. 43. v. 1. Ruth. 1. v. 1. 2. Sam. 21. v. 1.

H

1. Reg.

1. Reg. 18. v. 2. 2. Reg. 4. v. 38. Luc. 4.  
v. 25. Luc. 15. v. 14. Act. 11. v. 28.

2. Profanis: vid. *Axiom. polit. Richteri*, p. 689.  
item *Theatrum Zvvingeri* sub titulo *Fames, & Annona*. Scripsit etiam de *Fame*  
*M. Martinus Hammer p. m. quem adi.*

II. Spiritualis: quæ etiam duplex est:

1. Passiva: quando à Deo in pœnam immittitur. *Minnatur DEUS Amos. 8. 12. Ecce l dies veniunt, dicit Dominus, & emittam famem in terram: non famem panis, neq; sitim aqua, sed audiendi verbum Domini.*
2. Activa: quæ operatur in homine desiderium *justicia DEI & remissionis peccatorum*, *Matth. 5. v. 6. Beati qui esuriunt & sitiunt justiciam, quia saturabuntur. Et Esa. 55. v. 1. Omnes sitientes venite ad aquas, &c.* Ejusmodi famelici passim occurrunt in *Novo Testamento.*

X. De Captivitate & Servitute miserâ, quæ tanquam fructus Bellum sequi solent.

*Dura fuit captivitas Israelis in Babylone: sed gravior generis humani sub potestate Satana & peccati: gravissima verò erit inferni, in quem precipitabuntur impœnitentes, quam describit David Psal. 49. v. 15. & Esa. 66. v. 22. Quæ inter se collata suppeditant nobis miseriam captivitatis:*

1. Naturalis: sub quam rediguntur ii, qui bello vincuntur.
2. Spiritualis: quâ premuntur ii, qui libero Exercitio  
Re-

*Religionis privantur, & precipitantur in tristis-  
simam servitutem regni AntiChristi.*

XI. Calamitates, Bella, Seditiones, Fames, & alia ma-  
la semper imputantur verbo DEI & ejus fidelibus  
præconibus: Testantur

1. Exempla: Jerem. 44. v. 18. ubi mulieres idololatri-  
ca imputant Propheta Jeremia omnia mala,  
qua patiebantur. In deserto Israelita puniti à  
DEO ob peccata culpam tribuunt Mosi: vide plu-  
ra in Postill. Sacci Domin. 4. post Epiphan. item  
Dom. Sexages. p. 153.

2. Experientia: Moderni Jesuita omnem culpam se-  
ditionum ac bellorum tribuunt Evangelio &  
ejus prædicatoribus: vide ipsorum Apologiam  
contra Bobemos Vienna impressam. Adamum  
Contzium contra Jubilæum Lutheranum. Cut-  
semium in Saxon. Catb.

XII. Aquila Romanorum in signum datum Ju-  
daeis ter mille annos ante ipsorum deletionem nobis  
stat bodie in exemplum. Oseas repetit verba Mosi.  
c. 8. Aquila super domum Domini. Quæ verba  
olim quoq; Judæi sic interpretati sunt, Aquilas fata-  
les esse Ecclesiis.

Advolant fortassis simili fato nunc aquila in hæc loca: ubi  
certè sedes doctrina præcipua fuit. Dn. Philipp.  
Melancthb. Quid? modò non nidificent: sicut vi-  
demus in Jesuitis qui similes aquilis ob defensionem  
quam ab aquila habent. Omnia enim rapiunt &  
vorant bona non solùm Ecclesiastica, sed etiam po-  
litica.

*litica. Aquile fatales esse Ecclesiis solent, ut paulo ante natum Christum Hierosolyma aquila sunt in-  
 vecta in templum. Idem Philipp. Quis est qui ob-  
 servet, Aquilas hæcenus nostro in territorio vi-  
 sas nil nisi cladem Ecclesia denunciare? Sed nolo  
 malè ominari nostra Patria: sed potius benè preca-  
 ri, ut Aquila celestis suis alis Ecclesiam nostram  
 protegat, Electori nostro Serenissimo vires animi  
 suppeditet, nostras mentes à peccatis abstrahat, ter-  
 ram tantorum malorum obstruat, & tandem nos  
 omnes in verâ Christi cognitione obdormiscentes ex  
 hac militanti Ecclesiâ in celestem transferat. Amen.*

Δ. Τ. Θ.



Coll. Dis. 17 147.6